

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

35,-170-4°

DA Bot

(LN bis 273)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Dem Hochwürdigsten, Durchleuchtigen, Hochgeborenen
Fürsten und Herrn Herrn Johan Adolffen, Postulirten und
Erwehlten zu Ertz und Bischoffen der Stifft Bremen
und Lubeck, Erben zu Norwegen, Hertzogen zu
Schleswig, Holstein, Stormarn und der Dith-
marsch, Graffen zu Oldenburgk und Del-
menhorst, meinem gnedigsten Herrn, zu unter-
thenigster Dienstbezeigung, verehret dies
büchlein

A° Domini 1596
Aetatis 71.

Henricus Ranzovius

EPIGRAMMATA

DE REBVS GESTIS SERENISSIMI PRINCIPIS AC D. D. FRIDERICI II. REGIS DANIÆ, &c. PIÆ AC FELICIS

memoriæ: ſcripta ad

CHRISTIANVM IV. DANIAE ET Noruuegiæ REGEM, Ducem Sleſuicenſem & Holſatiæ, &c.

A

IOANNE LAVTERBACHIO

Poëta nobili & coronato.



FRANCOFVRTI

Apud Joannem Wechelum.

M D XCII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

VIRTVS CELEBRANDA:

CHRISTIANO IV. REGI DANIAE, duci Sleſuicenſi & Holſatiæ, &c.

Dignis vehenda facta Regum laudibus. "

Rex, tribus ad gelidam Regni regionibus Arcton,
Qui geris inuicta regia ſceptra manu:
Sis licet Ambroſia diuum, ſis nectare dignus,
Nectare, vel ſi quid dignius Ambroſia:
Dum tamen, ingenuas venerarís Palladis artes,
Quas plus Marte pia cum pietate colis;
Calliopes aliquot non aſpernabere verſus,
Ex toto vates, quos tuus eſſe dico.
Namque patris clari laudant res fortiter actas,
Quas alacris geſſit dextra ſolo atque ſalo.
Venturos hominum quæ commemoranda per annos, "
Non Regis debent inclyta facta mori. "

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

REGNI CORONA REX.

In Regni Daniæ inſignia.



» Corona Rex, artes, piumque qui fouet.

Quid cataſractus eques dextra qui concutit enſem,
Et volucri ſubdit calcar alacris equo?
Quid Leo falcatam quatiens ferus vngue ſecurim?
Atque alij quorum linguaque fronsque minax?
Quid baſiliſcus, olor, piſcis, triplicesque coronæ,
Claui, crux, agnus datque docetque Dei?
Officium Regis, quo nil in craſtina differt,
Ne mora perniciem rebus acerba trahat.
Supplicibus clemens, aduerſos acer in hoſtes,
Qui legum renuunt, iuſtitiæque iugum.
Iucundus miſeræ nutritor plebis, in artes
Munificus, pietas vt celebretur humo.
Huius vt ærumnæ comites: ſic auſpice Chriſto
Vincentem cæli ſede corona manet.
Et grauis & facilis, pietatem curat & artes,
Subiecti fulgens Rex diadema gregis.

ORNATVS REGIVS.

De Marte & Pallade.

Mars, atque Pallas, regii ſatellites.

Ardenti iuuenis tæda, munitus & armis
Iunonis Mauors filius, absque patre;
Gorgone virgo nitens, galeaque haſtaque Minerua,
Nata Iouis, genuit quam ſine matre pater.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Numina bellorum quod coniunguntur, & ambo
Pænè ætate pares, aſpera bella mouent:
Significant ſecum Reges cum Pallade Martem
Debere in cunctis rebus habere duces.
„ *Rex Muſis animo felix, inſtructus & armis,*
„ *Conſilio prudens, Marte, togaque valet.*

SYMBOLVM REGIS DANIÆ.

IN SOLO DEO SPES MEA.
FIDES FERINA CARO.

„ Fides caro ferina, ſpes mihi Deus.

Spes mihi ſola Deus rerum per acerba creator:
Intemerata fides orbe ferina caro.

PIETATE ET VIRTVTE FAMA.

In effigiem Friderici II. Regis Daniæ, &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]



FRIDERICVS II. DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALOR. GOTHORVMQ. REX: DVX SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ, ET DITHMARTIÆ. COMES IN OLDENBVRG, ET DELMENHORST.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

„ Virtus, piumque, nomen æternum parit.

„ *Conciliant hominum pietas virtusq́; fauorem,*
Ut nunquam viſos quisque videre velit.
Inclyte Rex, pietas tua dum vulgata per orbem,
Et virtus, fulgent ſolis ad inſtar humo:
Quisque tui faciem gaudet cognoſcere vultus,
Atque Dei donum tale videre patris.
Hoc dum non viua permittit imagine fatum,
Cernere pictoris cura manusque ſinunt.
Forma repræſentat pietatem pectoris, arma
Virtutem, ſplendens militiæque decus.
O te perpetuo felicem nomine Regem,
In cuius virtus corde, piumque ſedet!
„ *Quem decorat pietas, quem virtus neſcia mortis,*
„ *Inque ſolo viuit, perpetuusque polo.*

ICONICA REGIS IMAGO.

LECTORI.

„ Natura qui ſit quemque, non ars exprimit.

Jn tabula aurigam Phaëthontem expreſſit Apelles,
Non potuit radios exprimere atque diem.
Fridricum expreſſit Regem Hogenbergius, ipſos
Non potuit mores, ingenium, atque fidem.
„ *Non hominis, Regum moresque fidemque; potentis*
„ *Naturæ ſolum eſt exprimere iſtud opus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

VINDICTA TEMPESTIVA.

Bellum Ditmarſicum.

Vindicta ſero quæ venit, triſtiſſima. “

FRIDRICVS moderans Danorum ſceptra Secundus,
Eximii bellis Holſatiæq; Duces;
Ditmarſos ferrent, prolem ne Martis, inultos,
Iniuſtæ cædis, perfidiæq; reos;
Maiorum multos qui ſuppreſſere tumultu,
Indignis nulla cum ratione modis:
Maiorum vltores, & nobilitatis auitæ,
Pro patria duram qui ſubiere necem:
Fulmen Ioannem Ranzoum Martis acerbum,
Conſtituunt belli, qui regat arma, ducem.
Hic diros vrgens coniunctis viribus hoſtes,
Eſt ignominiam fortiter vltus agris.
Victrici reprimens pugnantia ſtrenuus arma,
Ditmarſos fregit menſibus enſe tribus.
Non grauidis ſemper deſcendunt nubibus imbres, “
Poſt pluuias ſurgit candida ſole dies. “

EXEMPLIS REX COMMODAT.

FRIDERICO II. Regi Daniæ, Noru. &c.

Exempla Regum commodant negociis. “

Rex acie in prima forti quod pectore pugnas,
Acer & hoſtiles excipis enſe globos:

Militiæ ſociis ſpecimen non vile tuisque
Auſu nobilibus ſplendidiore probas:
Hac virtute tua flagrans exercitus, hoſtes
Cum Ducibus, nulla vi prohibente, ferit.
Expugnata caput terræ Meldorpia teſtis,
Quæ victas ſupplex dat ſuperata manus.
„ Regis ab exemplo, magnis exercitus auſis,
„ Nulla pericla timens hoſtis, in arma ruit.

REGNA DEVS TVETVR.

Friderico II. Daniæ Regi, &c.

Cauſæ Deus donat bonæ victoriam.

Sereniſsime Daniæ potentis
Rex, & Noruegiæ, atq; Vandalorum,
Gothorumq; potens, in arma poſtquam
Inuitus traheris, tuasque turbat
Aduerſarius, euidente, pacem,
Cauſa nulla, animo capeſſe forti,
Fortuna duce, prouocatus, arma.
Reges qui creat, atq; Regna transfert,
Regnum legitime tibi tributum
Clemens aſſeret, ac fugabit hoſtes.
„ Interdum licet vrgeatur armis,
„ Demum cauſa tamen boni triumphat.

BELLVM

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

BELLVM RAPIT FORTES.

De Erico Podebuſchio nobili, &c.

Cæſi cadunt fortes in armis, non pigri.

Cimbrorum virtus, potius ſuccumbere letho, „
Quam timido bellis corde referre pedem. „
Pugnat in aduerſos dextra dum ſtrenuus hoſtes,
Nec cedens miſſo diſiicit igne globos:
Ad latus occumbit Regis Podebuſchius ictu
Glandis, cui verum nomen Ericus erat.
Fulmina ſic mittens, ſtrauit qui fulmine multos,
Traiectus rapido fulmine pectus obit.
Non timidos alacres Gradiuus deprimit, arma „
Qui pro Rege ferunt, pro grege, proq; ſacris. „

AMOR DOCET ARTES.

De Friderico II. Daniæ, &c. Rege.

Amor docet parare difficillima.

Pallada Fridricus Rex, Regem Pallas amauit, „
Pro fido Muſas, armaque amore dedit.
Non labor eſt ſolers, ſtudiis impenſus, inanis. „
Digna dat aſsiduis emolumenta labor. „

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

SORS MOMENTANEA.

Ditmarſiæ ferocienti.

Sors fluxa, momento breui mutabilis.

Diuûm, hominumq; labor, ſi Troia eſt paſſa ruinam,
Quæ Regum genitrix, lux Aſiæq; fuit;
Pro cuius Superi ſumpſerunt arma ſalute,
Et vitam gentes expoſuere ſuam:
Roma caput mundi, bellis quæ ſubdidit orbem,
Si facta, amiſſo robore, præda viris:
Cur ſic perfricta Ditmarſia fronte ſuperbis,
Oblatas renuis quod fera pacis opes?
Non te prodigiis tellus, non vnda relinquens
Arua, minis non vox arma cauere monet.
„ *Lubrica ſors, blando non ſemper candida vultu,*
„ *Irrita poſt ſubitas eſt Metanœa vices.*

REX PATER.

FRIDERICO II. Daniæ &c. Regi.

„ Dei iuſſus colens pater, Rex, ſubditis.

„ *Multi incrudeſcunt ſumto diademate Reges,*
„ *Cum magno clemens auxit honore Deus.*
Officium pauci faciunt, qui patris amore
Subiectos æquo, iuſtitiaq; fouent.
Relligionis amans, cæleſtis iuſſa parentis
Ex animo poſtquam, Rex FRIDERICE, colis:

Non modo quos frænas; miſerans quoq; ſuſcipis hoſtes,
Cum pudet errati mente fuiſſe reos.
Supplicibus talis, qualem cupis eſſe fatenti
Peccatum, preſſus corda pauore, Deum.
Rex pater eſt omni, Rex omni corde benignus, “
Æterni memorans pectore iuſſa patris

ESSE MISERICORDEM, REGIVM.

FRIDERICO II. Regi Danorum, &c.

Pietate Rex flagrans, benignus omnibus. “

Quod pius & mitis, quod ſit placidiſſimus, omnes
Mirantur Genium, Rex FRIDERICE, *tuum.*
Verum non mirum eſt, pietatis cultor & æqui,
Virtutum gaudes dote placere Deo.
Hinc vt apes, Dani te obſeruant atq; verentur,
Pro te forti alacres mente ſubire necem.
Eſto imitator apum ducis, eſto benignus, vt ille,
Eſt vacuus parcas cuſpidis inter apes.
Rex animo vera pietate politus & æquo, “
Hoſtibus eſt placidus, ciuibus eſtq; ſuis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

DIGNA MALIS TALIO.

Ad Ditmarſiam expugnatam.

„ Deus, malum malis rependit, vindicans.

„ *Nulla Magiſtratum gens ſeditione moleſtans,*
„ *Imperio terris eſt diuturna ſuo.*
Ob libertatem poſtquam, Ditmarſia, fuſus
Polluit inſontum teque tuosque cruor;
Quot non oppreſſit Comites, Regesq́, Ducesq́,
Indigna petulans conditione furor?
Quot non deleuit magnatum perfidus arces,
Ut nutu regeret turba profana ſuo?
Nunc diuina tuos rurſum vindicta nepotes
Quod rapit in pœnas, pignora datque neci:
Hoc atrox meruit nulla prece flexa Tyrannis,
Hoc cor, duratum plus adamante, ferox.
„ *Ira Dei lento ponit veſtigia greſſu,*
„ *Supplicii punit ſed grauitate moram.*

REGIVM VICTIS PARCERE.

Ad Ditmarſos.

„ Malum Magiſtratus bono rependere.

Vos o Ditmarſos felices! dicere grates
Non veſtrura dignas pectore & ore Deo?

Horrendas meruit dum veſtra rebellio pœnas,
Quæ ſpreuit Reges, ſpreuit & axe Deum.
Quot non indigne Regesque, Ducesque necaſtis,
Jmperium quorum ſuſtinuiſtis humo?
Imperium quorum rabidi excuſsiſtis, vt ingens
Vos bellis merito puniat ira Dei.
Rex veſtram miſerans cædem, mortemque minorum,
Dat, pro tranſgreſſo mitis amore, charin.
Dat vitam, rigida multis quam mente negaſtis,
Cum vos nec pietas, nec domuere preces.
O lepidum Regem! nimium non æſtuat ira,
Contentus ſontes crimina corde queri.

DEVS FORTVNAT OMNIA.

Ad Proceres Daniæ Regni, &c.

Feliciter cadunt Deo res auſpice.

Magnanimi Proceres, fatis melioribus orti,
Dania quos tellus, Holſata quosque tulit:
Dum conueniſtis decorati murice & auro,
Per vos vt capiat Rex diadema ſuum:
Vota in veſtra pij cæleſte requirite numen,
Soſpitet vt Flatu cœpta ſecunda ſacro:
Quæ Flatu ſacro Deus author cœpta ſecundat,
Dant fructus omni commoditate bonos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

REX DECVS REGNI.

FRIDERICO II. Regi Daniæ, &c.

„ Regni decus, Rex ſubditorum gloria.

Qui ſunt laus & honor, qui Regni præſidiumq;,
Suſcipe Magnates, Rex FRIDERICE, tuos,
Suſcipe complexu, meritis & honoribus auge,
Vt ſint laus & honor, præſidiumq; tuum.
His Regnum debes, rerum quem ſumma petebat,
Te ſtudiis Regem quod voluere ſuis.
Rex qui tot ſtudiis, Friderici & nomine clares,
Sis dignus ſtudiis, nomine ſisq; tuo.
„ *Eſt ſtudiis Procerum, victuro nomine dignus*
„ *Rex, animo Regni conſiliisq; decus.*

REGNVM PRECES SOSPITANT.

Hafniæ Metropoli Daniæ.

„ Regnum, preces quod ſoſpitant, proſperrimum.

Lætitiæ celebres da gaudens Hafnia plauſus,
Sparge ſolum violis, ſpargeq; flore viam.
Rex tuus, excellens cui pax dedit aurea nomen,
Dania quem Regni gaudet habere caput.
Vt ſumat duplicem gemmis auroq; coronam,
Cum multis Ducibus templa frequentat equo.
Exclama vt cælum, reſona vt reſpondeat Echo:
Viue diu felix, Rex pie, viue diu.

Viue, breui magnum fato det vt auſpice nomen,
E geſtis rebus palma, triumphus, honor.
O fauſtum Regem! pro quo pia vota precesq; "
Fiunt. expugnant vota precesque Deum. "

REX DEVS.

Dania de Friderico II. Daniæ Rege, &c.

Rex Iuppiter, Senatus in Regno Dei. "

Immortale caput tuum corona
Cum pari ſtudio, parique voto
Ornaret: Superi Deum volentes
Te noſtrum, Dominum videre noſtrum:
Deſcendêre polis. Deum videre
Vt te contigit, & tuum per Arcton
Numen non minus eſſe, ſempiterno
Quam ſe numine, templa tum ſacrata
Stelliſque atria lucidis nitere,
Dixere vnanimes: Poli valete,
Stellas Danus habet ſuas, ſuosque
Diuos, atq; Iouem pie verendum.
Eſt Rex Iuppiter, & Dii Senatus. "

FELIX REGNVM LEGITIMVM.

FRIDERICO II. Daniæ Regi, &c.

„ Felix Deo Regnum quod extat auſpice.

„ *Omnis adeſt hominum cœleſti ſede poteſtas,*
„ *Vlla nec in terris ſunt niſi Regna Deo.*
A magnis quanquam Friderice parentibus ortus,
Quos Reges coluit terra fretumque ſuos:
Dum tamen à Regni claro diadema Senatu
Accipis, hoc fieri creditur omne Deo.
Publicus hinc templis, & per loca publica, plauſus,
Quem paßim gaudens ſexus vterque mouet.
Sexus vterque, ſenes, pueri, iuuenesque, puellæ,
Matronæ, feſtos quotque adiere dies:
Gloria Saxoniæ, Dux tanti Auguſtus honoris,
Holſatiæque Duces, atque alÿ Comites.
Hos ſuper accedit populi acclamatio, felix
Imperium precibus qui rogat eſſe piis.
„ *Quem Deus, Heroës, populus colit, atque Senatus,*
„ *Imperio felix Rex manet orbe ſuo.*

VIRTVS OBSEQVIOSA.

FRIDERICO II. Regi Daniæ, &c.

„ Honoribus parata virtus vtilis.

„ *Gloria virtutis pretium; virtutibus ornat*
„ *Qui genus, æterno dignus honore coli.*

Magnani-

Magnanimos inter Rex inuictiſsime Cimbros,
Cui nomen tribuit pax opulenta pium,
Nobilitatis amet gens vt virtutis amorem,
Vt bellis ſtudeat fortia facta ſequi:
Munificus dignis magnos largiris honores,
Auratos equites fulgidus enſe creas.
Munificus pretium virtuti ſolue, tuoque
In Regno curam nobilitatis habe.
Militiæ quando petet vſus, & arma requires,
Præſidio tutus nobilitatis eris.
Perpetuos virtus memor eſt ſeruire per annos, "
Appoſito meritis conciliata loco. "

REX PRÆSIDIVM REGNI.

Friderico II. Regi Daniæ, &c. de ſpectaculis equeſtribus.

Bellator, eruditus, & Rex optimus. "

Muſagetes olim dictus Tirynthius Heros,
Præſidio Muſis quod fuit orbe nouem.
Nec tantum Muſas defendit ſedulus armis,
Et claua paſsim monſtra fugauit humo.
Rex inuicte malis, Dani lux maxima Regni,
Virtutes ſedem pectore cuius habent:
Præſidio poſtquam Muſis es & artibus, orta
In regno vitijs monſtraque dira fugas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Dum ſimulacra doces belli, dumq; arma iuuentam,
Maiorum vt diſcant fortia facta ſequi:
Et tibi Muſagetæ nomen debetur, & ipſo
Amphitruoniade maior es orbis amor.
» *Eſt Regis Muſas pariter, Martemque tueri:*
» *Imperij ſtudium Martis & artis honos.*

DEI PRÆSIDIVM TVTISSIMVM.

Ad arcem Elſburgum.

» Deo carens, inanis eſt cuſtodia.

» *Nullarum terris eſt tanta potentia rerum,*
» *Quam non vis crebro magna labore premat.*
Præcipiti quamuis Elsburgum monte triumphes
Arx ſita, præſidio ſisque ſuperba tuo:
Nil munita tamen tibi propugnacula proſunt,
Nil cum præſidio, Suecica caſtra, ſuo.
Suecica caſtra fugat Rex Danus, præſidiumque,
Te, factâ donec deditione capit.
» *Inuanum propriis confidere viribus: aſtat*
» *Ni Deus, excubias miles inanis agit.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

OCCASIO AMPLECTENDA.

Friderico II. Regi Daniæ, &c:

Occaſio neglecta non reuertitur.

Cædit ad Helmſtadium Suecos Rex Danicus vrbem,
Qui trepida celeres terga dedere fuga.
Eiicit arce ſua Warburgo fortis eosdem,
Sex menſes tantum quam tenuere manu.
Arridet blando, Rex, dum victoria vultu,
Auſpiciis felix vtere ſorte datis.
Arripienda comis veniens Occaſio fronte,
Calua loco prendi poſteriore nequit.

MORS FINIS MALORVM.

In mortem Franciſci Bildii Admiralii Danici.

Exemtus orbe, liber à periculis.

Deliciæ terra Gradiui Bildius armis,
Neptuni medio deliciæque mari:
Claſſe ſua Suecam dum concutit æquore claſſem,
Sternitur expediens fortiter arma, globo.
Hoc licet infelix: pulſo tamen hoſte ſalutem,
Ceu Codrus, moriens contulit orbe ſuis.
Sic dux qui terra, qui floruit æquore bello,
Cum Chriſto, liber poſſidet aſtra, globis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

„ *Legitime quiſquis pugnans procumbit in armis,*
„ *Non perit, in Chriſto ſtrenuus aſtra petit.*

IN DEO FIRMA FIDVCIA.

Ad Mageloſam, de pugna inter Oelandiam & Gotlandiam.

„ Non viribus, conſtat Deo victoria.

„ *Viribus infelix hominum qui fidit, & armis*
„ *Armorumque mouet prœlia fretus ope!*
„ *Euentus belli, cæleſtis mente parentis*
„ *Qui regitur, nutu conſtat vbique Dei.*
„ *Mens confiſa Deo, rerum confiſa bonarum*
„ *Iure, pauet timido nullius arma ſinu.*
„ *Stat ſecura mali, robur graſſantibus Auſtris*
„ *Ceu magnum, rupes ceu ſcopuloſa freto.*
Duratei inſtar equi tētas Mageloſa quid æquor?
Quid Danos hoſtes mole vorare tua?
Vix egreſſa cades flammis circumdata, quando
Mole tua, Dani præda iacebis aqua.
„ *Robore non hominum, confidere diſce nec armis,*
„ *A cæli rerum palma ſecunda patre.*

REGIS PROPAGARE PACEM.

Vulcanus & Cyclopes FRIDERICO II. *Regi Daniæ, Norueg.* &c.

Ad poſteros transferre pacem Regium.

Fulmina dira Iouis, Rex tetros Danus Olympi
Dum terra ſonitus, dumque imitatur aquis:
Attoniti Brontes, Steropes, nouitate Pyracmon
Ignipotens que rei, talibus ore ſonant:
Quis nouus in mundi metuendus Iuppiter orbe,
Fulminat, & tonitru concutit omne ſuo?
Deÿcit in terras non talia fulmina cælo
Iuppiter, à noſtra quæ fabricata manu.
Hæc in cæleſtes, non fœtus inſtar Aloi,
Verum hoſtis contra dirigit arma globos.
Diſiice Rex hoſtes felix, pacemque reporta,
Æternus parta pace paratur honos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

VIRTVS PERENNAT.

De Daniele Ranzouio belli Suecici ductore.



Perennat acquiſita virtus ſedulo.

Ranzouio Daniel præclarus ſanguine ductor,
Quo vix bellorum maior in arte fuit;
Extenſos doctus metiri caſtra per agros,
Effigiem pugnæ compoſuiſſe celer:

Sex

Sex & viginti de Sueco millia fudit
Quatuor exigua millibus, hoſte, manu.
Ductores cepit tres, diſperſitque cohortes,
Aſtorpheida rei teſtis vt eſſe poteſt.
Idem aptos fecit loca per denſiſſima greſſus
In ſiluis, nullus quos prius iuit homo.
Hinc propria peperit nomen virtute ſub Arcto,
Quod nullo extinguet tempore ſera dies.
Quæſitum nomen virtute perennat in æuum. “
Iuris in hoc fatum nil, odiumque tenent. “

HEROS TIMOR PANICVS.

De Daniele Ranzouio belli duce.

Heros timor belli peritus Panicus. “

Ereptum multo veniens cum milite Suecus
Elsburgum, Danos obſidione premit.
Opprobrio verum magno, ſine laude reuertit
Ad latebras, turpi dans ſua terga fugæ.
Ranzouij Holſatiæ congreſſus horret Achillis,
Panicus eſt illi dextraque mensque timor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

FATVM DIVERSVM.

Symbolum Danielis RanZouii.

DIVERSO TEMPORE, DIVERSA FATA.

Sub diſpari diuerſa fata tempore.

„ Tempus idem non eſt, vario pro tempore fata
„ Mutantur, pluuiis proxima ſole dies.

FRAVS ODIOSA.

De Daniele Ranzouio duce belli Suecici.

„ Non fraudulentus, integer, laudabilis.

Cum ſe Vulcanus iactaret Martis alumnum,
Quod ſtrauiſſet atrox fulmine Ranzouium:
RanZouium, maior quo non fuit alter in armis,
Cum ſancto nomen cui Daniele ſacrum:
Holſatiæ indignans cecidiſſe Gradiuus Achillem
Iactanti, ſegnis Diue quid inquis? ait:
Cominus Heroi ſi pugnans arma tuliſſes,
Nec Deus in cælis, nec Deus orbe fores.
Eminus extinxti belli hoc dum fulmine fulmen,
Non Vulcane, meus nomen alumnus habet.
„ Occultas nemo dignatur nomine fraudes,
„ Perpetuum virtus quo generoſa manet.

MORS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

MORS PRÆSENS VBIQVE.

De Franciſco Brokenhuſio & Daniele RanZouio.

Incerta mors omni loco nos opprimit. "

Prouida Franciſcus mens Brokenhuſius armis,
Danorum Daniel dextera Ranzouius:
Vixit vterq; metus grauis vno tempore Suecis,
Quos cum ſucceſſu ſtrauit vterque pari.
Vtq; fuere pares virtute: ita compare fato
Concidit, a Suecis ictus vterque globo.
Mors incerta, loco quo non confidimus omni "
Triſtis adeſt, mortis cor decet eſſe memor. "

PIVS MORIENS FELIX.

De Daniele Ranzouio duce belli, &c.

Viuit beatus, Spiritum tradens Deo. "

Atrides, Phrygiæ duces ad vrbem,
Quales, bella gerens acerba, duxit,
Inter quos fuit eminens Achilles
Dextra, conſilio potens Vlyſſes,
Ore & Neſtor: in efferos Sueones
Tales Dania duxit acris, vnus
Quos Dux RanZouius ſupremus omnes
Vicit, tres ſuperarit vt modo non
Dextra, conſilio, diſertus ore:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Sed vera pietate, qua reliquit
Longe illos moriens ſide beatus.
» *Viuit mortuus in Deo beatus.*

FAMA VIVAX.

Epitaphium Danielis Ranzouij.

» Labore parta fama nunquam deperit.

Hic ſitus eſt Daniel belli ſub marmore fulmen,
Ranzouius ductor, Dania magna, tuus.
Ranzouius multas qui terruit impiger vrbes,
Hoſtibus & triſtis ſæpe ruina fuit.
Quantus conſiliis, generoſo pectore quantus,
Inuicta fuerit quantus & orbe manu:
Mars atrox teſtis, teſtis Mors, teſtis & illum
Qui non eſt paſſus creſcere Liuor iners.
Impulit hinc Mortem, Martemque infeſtus ab arce,
Rumperet vt, mittens fulmina, glande caput.
» *Quid Mars, Mors, Liuor nocuit? ſtat fama ſuperſtes.*
» *Fama Necem, Martem, vincit & Inuidiam.*

DEO VICTORIA.

FRIDERICO II. Regi Daniæ, &c.

» DI Gentium nil, ficta prorſus numina.

Sæuus in Arctoo Mars vidit vt æquore pugnas,
Auſpicijs geſtas, Rex Friderice, tuis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Miratus flammis naues, armisque coruſcas,
Oppreſſos homines præcipitanter aquis;
Amphitrioniaden, Ceruumq́, atque Hectora captas,
Hinc molem fractam vi, Mageloſa, tuam.
Ne dicam merſas in tempeſtate procellis,
Quas tormentorum grando ve dira tulit.
Corde gemens inquit: tantis ego viribus impar.
Me belli o fatuos qui coluere ducem!
Nil Dij gentiles, felix victoria cælis. “
Arbitrio palmam datque adimitque Deus. “

ÆRVMNARVM COMES GAVDIVM.

De naufragio Gotlandico ad Frid. II. Regem.

Contrario Fortuna permutabilis. “

Vidit vt emiſſas Regis Gotlandia naues
Dani, ventorum mole perire mari;
Ne frangas animum Rex, dixit: naufragus oris
Sic pater in Libyæ Troius ante fuit:
Poſt orbis ſecum Lauina ad littora faſces
Attulit, Auſoniæ ferret vt illa iugum.
Sors inimica modo luctatur in æquore tecum;
Poſt paulo vt victas tradat amica manus.
Quam prius ad magnos rerum deducit honores, “
Aduerſis numen, quem fouet, ante premit. “

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

PAX REGNORVM SALVS.

Ad Daniæ incolas.

„ Regni ſalus eſt pax & affluentia.

Mars cum Danorum, Suecorum & regna teneret,
Depopulans vrbes ignibus, enſe domos.
Paxq; Themisque Deæ cælos petiêre timentes,
Confuſum primas cœpit habere chaos.
Creuerunt iræ, cædes, incendia, raptus,
Viſus & in regnis mirus vbique furor.
Non tulit has Cæſar tranquillo pectore peſtes,
Externis Regum non pia cura locis:
Peſtibus his finem quærunt, fera pectora mulcent,
Dantque ſuum paci, dant Themidique locum.
Aſpirate boni pacemque Theminque colentes,
Cæſaris & Regum tollite ad aſtra fidem.
„ *Paxque Themisq; poli duo lumina, lumina & orbis,*
„ *Diuitijs homines, corda ſalute beant.*

PAX PRIOR BELLO.

In confirmationem pacis Daniæ & Sueciæ Regum.

Friderico II. Regi Daniæ, &c.

„ Iniqua bello pax truci præſtantior.

Pacis amans, quod amas, Rex inuictiſsime, pacem,
Delicias vitæ, præſidiumque putas:

Pacifici

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Pacifici clarum venturos nomen in annos
Concilias, vno fama quod ore canit.
Finitimos habeas promptos vt ad omnia Reges,
Vt regni creſcat gens numeroſa tui:
Cæſaris & Regum ſequeris conſulta, ſereni
Qui bellis finem diſsidiisque volunt.
Præponis bello pacem, pacemque fouendam
Plus bello terris, quod voret omne, doces.
Vtilior triſti longe pax aurea bello, "
Cum damno quamuis iuncta ſit illa graui. "

CONCORDIA DITAT.

In eandem confirmationem pacis.

Concordia bonum, malum diſcordia. "

Et generi, & ſoceri diſcordia, perdidit vrbem,
Roma vt ciuili ſanguine merſa gemat.
Si generi & ſoceri placide concordia mentes
Iunxiſſet, Romæ ſtaret adeptus honor.
Ad Boream afflixit quando diſcordia Reges,
Diuitÿs labi Regna domosque ſuis.
Nũc iterum poſtquam iunxit concordia Reges,
Diuitÿs felix Regna domosque beat.
Diuitÿs auget Regni concordia neruos. "
Diuitÿs ſpoliant prœlia Regna datis. "

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

PAX OPTIMA RERVM.

Henrico Ranzouio R. D. V.

" Nouerca Mars, rerum parens pax omnium.

Pacis gloria, Ranzoui, beatæ,
" *Finem perditio pecuniarum*
" *Ludendo facit, auream reducit.*
" *Bellum, peſtis abominanda, pacem.*
" *Eſt longe melius fouere pacem*
" *Saluis omnibus, & cauere damna,*
" *Amiſsis male quam dolere cunctis.*
Hanc dum conſiliis foues, haberis
Pacis gloria, Ranzoui, beatæ.
" *Rerum pace ſalus, ruina bello.*

FIDELITAS OFFICIO.

FRIDERICO II. *Regi Daniæ,* &c.

" Deuincta mens benignitate commodat.

" *Neruus amicitiæ pietas, amor, obſequiumq;,*
" *Quo ſubito præſens aſtat amicus ope.*
Rex Friderice pares fidos vt mitis amicos,
Præmia virtuti ſint vt honeſta ſolo:
" *Bis duo procumbunt flexo qui poplite, quique*
" *Dant & amicitiæ, dant animique fidem,*

Accipiunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Accipiunt Proceres regalia feuda, Ducatus
Accipiunt fidei relligione tuos.
Regalem circum ter equeſtris turma cathedram
Ante volat, tubicen dum ciet ære viros.
Spectantes optant, pax & concordia Regno
Vt ſint, vt Procerum pectora iungat amor.
Officio atque fide qui conquiruntur amici, "
Conſtantes præſtant Marte togaque fidem. "

FIDELITAS GRATA.

De Borchardo Itzehudæo, nobili Holſato.

Duci fideli ſunt fideles ſubditi. "

Magnas, Holſatiæ Comes Gerardus,
Parua Chriſtophori cohorte Regis,
Fortuna duce, copias, Leonis
Campo fuderat. Itzehudus, hoſtem
Regem, nobilis Holſatus, morantem,
Noctu intercipit in vado, trahitque
Gottorpum: Comitem vocat tumultu,
Et plagas ſimulans graues, requirit:
Sperandum ſibi quidſit, obligato
Danis ob lytron. Huic Comes benignus
Offert ſe, ſuaque omnia, atque vinctos.
Hinc Borcardus ait: mihi benigne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Reſpondes: animo bono eſto, grata
Captiuum tibi mente ſiſto Regem:
" *Fideli domino, fidelis omni*
" *Prodeſt officijs loco miniſter.*

INVICTA CONIVNCTIO.

De Oeſelia Inſula recuperata.

" Immobilis pugnantium concordia.

Oeſeliam recipit Petrus Munkenus, & arcem,
Credita cui claßis militiæque manus.
Huic ſocij, celebres ab auito ſanguine Dani,
Nobilitat clarum quos ab honore genus;
RanZouiusq́, dedit cui pax placidißima nomen,
Præcipuum bello ſuſtinuere locum.
Coniunctis animis, aggreßi & viribus hoſtem,
Arma coëgerunt, cunctaque ſigna dare.
" *Coniunctis animis homines, & fortibus auſis,*
" *Vis armatorum frangere nulla poteſt.*

REX PASTOR.

FRIDERICO II. Regi Daniæ, &c.

" Princeps idem bonus, quod eſt paſtor bonus.

Cur populi Paſtor Princeps dicatur Homero,
Inclyte Rex, cauſam, pacis amator, habe.

Paſcit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Paſcit oues paſtor, medicusque ſalutifer ægris, „
Ut cumulent omni commoditate gregem. „
Ut florens creſcat rebusque animique ſalute, „
Rex, populo clemens paſtor, & eſt medicus. „
Sollicitat Regem plus regni cura, ſalusque, „
Quam vita, ingenti plena labore, ſua. „

REGNI PATER REX.

FRIDERICO II. Regi Daniæ, &c.

Rex paſtor eſt regni, fidelis & pater. „

Paſtor ut ædificat, munit, tutatur ouile,
Paſcua quærit agris tuta, breuesque vias,
Auertit prompto nocitura pericula vultu,
Jeiunos arcet fuſte, pedoque lupos:
Sic pius ædificat Rex propugnacula regno,
Quæ vitioſa nouat, lapſaque reſtituit,
Theſauros cumulat, claſſem parat, hoſtibus obſtat,
Cuncta latrocinijs & loca purgat humo.
Eſt pater, eſt regni Rex murus aheneus omnis, „
Cui populus curæ, cui Deus, atque ſalus. „

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

REGVM MORS LVCTVOSA.

In exequias Friderici II. Regis Daniæ, &c.

Deſiderabilis Ducum migratio.

"

Funus in Ægypto cum flebile patris Ioſeph
Defleuit, mœror creber vbique datus.
Cum Rex Danorum Fridericus ab orbe ſecundus
Migrauit, ponto luctus humoque fuit.
Nemo non patriæ patrem, pietatis aſylon,
Iuſtitiæ doluit ſic abiiſſe iubar.
Rex deſiderium migrans qui triſte relinquis,
In funus triſtis quilibet ire tuum.
Accipe poſtremum quem Dania præſtat honorem,
Exequiis reddens regia iuſta piis.
Det Deus, hinc natus, Regni ſpes magna, ſuperſtes
Sit patriæ, Themidis, ſit Pietatis amor.
" *Commodus vt Regni tractet moderator habenas,*
" *Æterni ſupera munus ab arce Dei.*

IN EXEQVIAS REGIAS.

Dania lugens.

Deſiderabilis Magiſtratus cadens.

"

Fridricus tractat mea Rex dum ſceptra Secundus,
Delitijs lætans Dania plaudo meis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Fridricus ponit mea dum Rex ſceptra Secundus,
Delicias mœrens Dania plango meas.
Quam carus fuerit populo, quam melleus orbi,
Integritate nitens vita ſerena docet.
Quod deſiderium populoque orbique relinquat,
Omnibus oſtendit mors lachrymoſa locis.
Deliciæ populo, Rex integritate ſerenus, "
Triſtities, propera morte vocatus humo. "
Non intelligimus bona, cum præſentia: quando "
Præteriêre, dolens quærit inanis homo. "

REX FLOS PVLCERRIMVS.

De Friderico II. Rege Daniæ, &c.

Rex flos decens, odore fragrantiſſimus. "

Ingens gloria Daniæ potentis,
Iſto nomine qui fuit Secundus,
Rex Fridricus, amor colendus orbis,
Aſſertor pietatis orthodoxæ, "
Cultor præcipuus ſcientiarum, "
Tranquillæ placidus quietis author, "
Vindex iuſticiæ, columna Regni; "
Quod mortale fuit dedit ſepulcro,
Immortale Dei ſinu quieſcit,
Virtutum ſacer ante flos beatos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Virtutum niſi cæſus aruiſſet
Flos à falce necis, tuliſſet orbi
Cum multa fidei, ſcientiarum,
Pacis, iuſtitiæ, ſalute, odores,
Dantes Elyſios piis odores.
» *Rex flos pulcer, odore gratus orbi.*

REX SOL.

Dania regnum plorans.


» Sectatur, occidente ſole, nox diem.

Cum deploraret Fridricum Dania regem,
In Chriſto petiit qui pius aſtra fidẽ.
Viſa queri ſecum: ploraui ſæpe migrantes
E mundo Reges, quos Libritina tulit:
Nulla fuit grauior mihi, quam modo, cauſa doloris:
Sublato tenebris ſole relicta premor.
» *Rex vbi iuſtitiæ ſol occidit, ingruit vmbra,*
» *Dum nouus antiquas ſol obit orbe vices.*

BONOS

BONOS DECET MEMORIA.

In monumentum Regium ad Segebergam.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

„ Æterna debetur benignis gratia.

Henricus, memori colendus æuo,
Ut ſe, Ranzouius, Deo probaret
Gratum pro meritis: ſuum probaret
Ut Regi, Patriæ, parentibusque,
Ac toti generi potens amorem;
Hoc Regi, Patriæ, Deo, parenti,
Ac toti generi, ſuo ſacellum
Sumptu conſtituit, quod inſtar altæ
Surgit Pyramidis leues in auras;
Terrenis moneat pios relictis
Cæleſtes auidi petant ut auras.
Legauit reditus adhæc, quotannis
Æs centum ut capiant, ciboſque, egeni,
Pro Regno, patria, parentibusque,
Toto ac ſanguine, qui Deum precentur,
Ut Regnum, patriam, genus, parentes,
Clemens aſſerat; ut genus, parentes,
Regnum, patria floreat perennis.
„ *Laudem pro meritis patres merentur*
„ *Deus, patria, Rex, genus perennem.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

PYRAMIS ET OBELISCVS MONVMENTVM GRATITVDINIS.

FRIDERICO II. Regi Daniæ, &c.


Obeliſcus index Pyramisque poſteris.

Regia Pyramidum moles, Obeliſcus in auras
Erectus, mortem poſt, Friderice, tuam:
Danorum magno regnum moderatus honore,
Qui propagaſti nomen vbique tuum:
Non modo Ranzouij verum teſtantur amorem,
Quo团 ſupereſſe cupit teque tuosque ſolo:
Verum etiam gratam propenſo pectore mentem,
Regibus, & generi quam probat orbe ſuo.
Hæc animum vt gratum, verũ vt teſtantur amorem:
Sic veri gratum munus amoris habe.
Inclyta florebit Danorum gloria Regum,
Pyramidum moles dumque Obeliſcus erunt.
Quos celebrat pietas, virtus, & patria, Reges
Inque ſolo viuunt, perpetuique polo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

IN OBELISCVM RANZOVIANVM.

Friderico II. Regi Daniæ, &c.



Erecta

Erecta grati ſigna teſtimonia. "

Marmoreus tenues ſurgens Obeliſcus in auras,
Sublime extollit quæ ſuper aſtra caput:
Mortales ſuperæ quærenda palatia ſedis, "
Terrarum conſtans eſt nihil orbe, monet. "
Jlla fide quiſquis Chriſto acquiſiuit Ieſu,
Saluus in æternos obtinet aſtra dies.
In Chriſto ſuperæ quæſita palatia ſedis
Dum tibi Rex, felix incolis aſtra fide.
Non alia Superûm ſedes ratione petuntur,
Quam vera in Chriſtum cælitus aſtra fide. "

DIALOGICON DE EODEM.

Jn orbe virtutes pij pediſſequæ.

VIATOR. HOSPES.

Quis poſuit tantis Obeliſcum ſumptibus author? V.
Romana Auguſti eſt Cæſaris vrbe prior.
Henricus Marti carus, carusque Camœnis, H.
Ranzouiæ ſummus nobilitatis honos.
Ranzouius fama toto notiſsimus orbe, V.
Danorum in Reges qui pius, inque genus?
Quod pius in Reges ſit, & in genus, inque parentes, H.
Teſtis non fallax eſt Obeliſcus humo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

V. O genus, o Regnum felix, præconia cuius
Candidus illuſtrat ſtans Obeliſcus humo:
H. Virtutes omni ſordent pietate carentes.
„ Virtutes, Pietas eſt vbi ſana, virent.

VIRTVS DESIDERABILIS.

In tumulum Wolgangi Schonueſii.

„ Exuſcitat ſublata virtus lachrymas.

Accedens tumulum forſan miraberis, hoſpes,
Cur madeat lachrymis, cur gemituq; ſonet.
Non gemitum & lachrymas hoſpes mirabere, tanti
Si luctus fuerit cognita cauſa tibi.
Huc ſua Wolgangus poſuit Schonueſius oſſa,
Militia celebris, conſpicuusque domi.
Dux dum Ditmarſos legionum fortis in hoſtes,
Fungitur officio militis atque ducis:
Tormenti ſubito falconis concidit ictu,
Poſt & obit quarto fata ſuprema die.
Huc exangue pio delatum corpus honore,
Cum gemitu & lachrymis Marsq; Charisq; dolent.
„ *Virtutem lachrymis, gemitu cognoſcito mores.*
„ *Et lachrimæ, & gemitus facta probare ſolent.*

VIRTVS IMMORTALIS.

Paulo Ranzouio viro ampliſsimo, &c.



Honore partum nomen æternum manet.

Mos includere marmori ſolutos
Fato corpore cælitus ſecundo.
Mos inſcribere marmori ſepultos
Nomine, ac titulis honore partis.

Poſtquam marmora dura ſunt, reſeruant
Diu corpora, continent ſequentes
Nomen ac titulum diu ſub annos.
Splendor Paule ſagi, togæque fulgens,
Qui de Ranzouio tuum recenſes
Priſco ſanguine prædicandus ortum:
Durat marmoreum tuum ſepulcrum
Durabitque diu ſequens in æuum.
Tuos dat titulos, tuumque nomen.
" *Æternùm titulus manet celebri*
" *Virtutum ſtudiis honore partus.*

MORS DESIDERATA.

Paulo RanZouio.

" Qui profuit multis acerba mors viri.

Militiæ Paulus teneris addictus ab annis
RanZouius, priſcæ nobilitatis honor:
Principibus iuuenis florens Heſſo atq; Boruſſo
Seruijt, hinc aula Carole Quincte tua.
Signifer ad Metin, Ducis & legatus Adolphi
Holſatiæ, meruit clarus honore decus.
Conſiliis alacer, patria Præfectus in ora,
Mnemoſynon moriens triſte reliquit humo.
" *Qui magnus ſtudio pacis, qui magnus in armis,*
" *Dat deſiderium raptus ab orbe ſuis.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

CIMBRORVM GLORIA BELLVM.

De Cimbris ex Valer. Max. lib. 2. cap. 1.

Cimbris decus bello mori, nefas thoro.

Cur dant lætitiæ pugnantes iubila Cimbri?
Gloria militiæ fortiter arte mori.
Afflicti morbis contra cur triſtè queruntur? "
Laude nefas nulla Martis, obire diem. "
Bellica plus cordi Cimbris, quam gloria pacis. "
Suaue mori bellis, in thalamoque graue. "

ANIMOSITAS MVLIEBRIS.

De Anna Breidana, D. Othonis Ranzouii coniuge heroica.

Maternus eſt in filios ingens amor. "

Mutius exemplum memoratur Scæuola fortis,
Errantem quod ouans torruit igne manum.
Ranzouij coniux exemplum maius Othonis,
Breidana ducens nobilitate genus.
Arce expugnata clam quos abſconderat, hoſti
Ne tacito genitos prodat ab ore ſuo:
Non tantum dextra: toto ſed corpore flammas
Ardentis, pectus fert animoſa, rogi.
O fidam matrem! viuant vt pignora vitam,
Non vitæ parcens fortis in igne manet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Extorquere locum fruſtra tentabat vt hoſtis,
Ne redeunte viro forte prematur, abit.
Hoſte ſoluta ſuos per tempora longa dolores
Suſtinuit, donec reddita iuſta ſalus.
Deſine Roma tuos extollere, non modo fortes;
Dat quoque magnanimas Cimbrica terra nurus.

MORS PRO PATRIA GLORIOSA.

De Pogwiſchia matrona magnanima.

Pro Patriæ mori ſalute gloria.

Ditmarſi multos è nobilitate dediſſent
Cum letho, ſociæ quos gemuere domi.
Accipiens ſobolis miſeram Pogwiſchia mortem,
Et ſupereſſe virum, ſic ſtomachoſa refert:
Non latus attinget mihi coniux amplius vnquam,
Mercatus vitam qui, ſine laude, fuga.
„ *Militiæ vitam qui pro duce vouit, inultum*
„ *Amiſſo pugna turpe redire duce.*
Nuncius admirans ſtomachoſæ verba, ſubinfert:
Non fugit, vitam ſpiritus æger agit.
Cominus accepto vix ducit vulnere vitam.
Hinc ad ſe rediens pectore læta refert:
O me felicem, quæ prolem nacta virumque,
Pro patrijs vitam qui poſuere focis!

Vulne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Vulneribus, Patriæ, virtus quæ commoda quærit, "
Digna fauore hominum, digna fauore Dei. "

PIETAS MVLIERVM NOBILIVM HOLSATICARVM IN MARITOS SVOS, CÆSOS à Dithmarſis ac ſepultura prohibitos, quos ſub Monialium habitu vxores humârunt, A. C. 1404.

In Coniuges, pias decet eſſe Coniuges. "

A Chriſto nobis de pura virgine nato,
Reddita quo miſeris vita ſalusque fuit,
Mille, quadringentos, & tres expleuerat annos
Phœbus, & in curſu præpete quartus erat:
Tunc in Dithmarſos effrænes prœlia mouit
Dux Holſatorum, ſed miſeranda nimis:
Nam bis-ſex Equites auratos pugna, trecentos
Inſuper inſignes nobilitate viros,
Atq; Ducem letho dedit improuiſa Gerardum,
Non mala cauſa licet belligerantis erat.
At nunc à viduis, quid facta clade ſit actum,
Nobilibus, paucis commemorare libet.
Veſtibus indutæ, quas virgo monaſtica portat,
Coniugibus præſtant hoc pietatis opus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Corpora ſollicite quærunt occiſa ſuorum,
Exequias illis inſtituuntque pias;
Et mœſtis animis funebria munera ſoluunt,
O pietas omni commemoranda die!
Dithmarſi ſiquidem tumulum, mihi crede, negaſſent,
Inſigni claris nobilitate viris:
Hac ita decepti ſancta niſi fraude fuiſſent,
Matronæ æternum qua meruêre decus.

G. W.

ALIVD DE EADEM PIETATE.

Tempore quo Princeps cum nobilitate Gerardus
Dithmarsûm rigido cæſus ab enſe perit:
Victrix ira negat poſtremum mortis honorem,
Quem pro defunctis orphana turba rogat.
Non tulit hoc Pietas muliebris, iuſtaq; ſoluit,
Hoſtes laudato ludificata dolo.
Quippe ſuos viduata cohors, monialis amictu
Cincta, per exequias rite recondit humo.
O fidasq; piasq; nurus! inhumata ſuorum,
Quæ Ioue ſub puro membra iacere vetat.

M. G. L. F.

GRATI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

GRATITVDO GRATA.

Henrico Ranzouio R. D. V.

Decet benigna gratitudo munera. "

Ranzoui, decus Holſatum perenne,
Hoc quot tempore ſunt, & in priori
Olim tempore quot fuere, quotque,
Hoc in tempore pòſt erunt nepotes:
Gratias tibi maximas Poëta
Lauterbachius, ob datos roſatos,
Perſoluit, minimus licet Poeta,
Tanto inquam minimus Poeta, quanto
Viuis maximus omnium patronus.
Eſt æquum memor eſſe cor bonorum. "

MVNIFICENTIÆ COMES FAMA.

Henrico Ranzouio, Regio Daniæ Vicario, &c.

Miniſtra liberalitatis gloria. "

Inclyte Mæcenas doctis Henrice Poëtis,
Ranzouia numerans nobilitate genus.
Munificam Muſis, Themidi, Pietati & egenis,
Ut præſtas animo liberiore manum:
Sic in terrarum clareſcat vt orbe, ſuperſtes
Perpetuo florens nomen honore tuum;
Præſtabunt Muſæ, Themis, & Pietas, & egeni.
Officijs merces gloria digna pijs. "

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

VIRTVS IMMORTALIS.

De Joanne Ranzouio Equite aurato, & duce belli Ditmarſici ſummo.



Belli comes ducis periti gloria.

Quod fuit in Pœnis truculento perfidus ore
Hannibal, Auſoniæ peſtis acerba ducum;
Quod fuit Arminius Germanos ſtrenuus inter
Heroas, dominæ maximus vrbe timor.

Quod fuit vrgendo felix Sertorius hoſte,
Res cuius geſtas famaque lausque vehunt.
Quod fuit Hector atrox, quo magna ſuperſtite victas
Non Graijs potuit tradere Troia manus.
Quod fuit armipotens Danaûm protector Achilles,
Mæonidæ celebrat quem tuba vatis opus.
Hoc fuit inſignis Cimbrorum gloria ductor,
Ranzouius nomen cui dedit alma Charis.
Annibal, Arminius, Sertorius, Hector, Achilles, "
Cimbrorum Ianus gloria Ranzouius. "

REGNORVM PRÆSIDIVM.

Chriſtiano IV. Regi Daniæ, &c.

Regni, Deus, verbum, fides, cuſtodia. "

Danorum à Chriſti nomen qui nomine ducis,
Inclyte Rex, ſanæ relligionis amor.
Præſidium regni ſunt non exercitus, aurum,
Vt magnus quidam Rex ſapienter ait:
Non qui theſauris, qui vi coguntur amici,
Quos magni mundus numinis inſtar habet. "
Præſidium regni Deus eſt, verbumq;, fideſque, "
Quæ mundi cunctas frangit inermis opes. "
Cum Deus obſeruat regnum, verbumq;, fideſq; "
Sunt aurum, cari, præſidiumque nihil. "

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

NOBILITAS.

Henrico Ranzouio V. R. D.



" Virtute cultus erudita, nobilis.

" *Nobilitate nites quod auita, Ranzoui, id ingens*
" *Gloria, cum multis conuenit illa tibi.*
" *Humanus quod amas populos, humanus & audis,*
" *Reſpondeſque, alios præter amaris amor.*

Fortis

Fortis in arma ruis quod, res cum poſtulat arma,
Non paucos tales maximus orbis habet.
Quod pius extendis pietatem, rarus habetur,
Qui flagrat tanta relligione Dei.
Artibus excellens idem, quod & ore diſertus,
Perſuadere potes maxima quemque, tuum.
Nobilis, humanus, fortis, pius, ore diſertus. "
Omnibus his Procerum par tibi nullus humo. "

VITA STADIVM.

Henrico RanZouio, Vicario Regis Daniæ, &c.

Perenne mundo vita certamen pij.

Cum te, ſaluifica fide ſaluti,
In baptiſmate conſecrate Chriſto,
Mundum Pierijs per vniuerſum,
Cantatiſsime Ranzoui, Poëtis
Fortunæ omne premit malum fidelem;
Scriptura duce, quam tenes fidelis,
Tecum quam meditaris & fidelis,
Fortunæ omne pati malum fidelis.
Dantur non niſi prœlianti honores.
Caſus gloria per graues paratur. "
Viuimus ſtadium hoc in orbe cuncti. "
Decertemus vt in fide fideles. "

CONSENSV AMICITIA.

FRIDERICO II. Regi Daniæ, &c.

» Diſſentientes mente non conſentiunt.

Virtutes, generoſe Rex, Monarchæ
Quod multum Theodoſii celebras,
Toto pectore qui Deum parentem
» *Dilexit, coluit, pioſque fouit:*
» *Exemplum ſequeris tui parentis;*
Curæ cui Deus, illiuſque verbum.
Tu, virtutibus eſt, facis, quod æquum,
Regis moribus & quod eſt decorum.
» *Nemo diſsimiles celebrat, omnis*
» *Pari par animus fauore gaudet.*

LIBERALITAS.

Henrico Ranzouio V. R. D.

» Remuneratur liberalitas Deo.

Vincunt qui ſpecie roſas, roſatos
Aureos mihi Ranzoui dediſti.
Munus conueniens tibi, mihique
Longe honorificum. Referre grates
Dignas ſinequeo, Deum precabor,
Quod das munificus bonas in artes,
Hoc vt munificus remunerari

Dignetur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Dignetur cumulo refertiore.
A cæli patre dona, liberalis, “
Et præſentis habet, futuri & æui. “

CÆLVM PATRIA.

In emblema Henrici Ranzouii V. R. D.

Dies mortis, æternæ vitæ natalis eſt.


Exordium vitæ perennis, mors pij.

Ranzouidum columen gelidas Henrice per Arctos,
Imperium Dani qui vice Regis obis.
Enaſcens cranio ſeges, hora, nitensque lucerna,
Indicium vitæ, mortis & omen habent.
Æternæ vitæ natalis funeris hora, “
Si dux eſt verbum corde lucerna Dei. “
Non moritur, vitam moriens baptiſmate lotus, “
Qui pendet verbo mente fideque, ſubit. “
Hæc tua dum pietas animo tibi ſuggerit, Heros,
Hac precor vt felix ſis pietate tua.
Eſt vere felix, qui magnos inter honores, “
Hoſpitij & patriæ viuit in orbe memor. “
Hoſpitium tellus, eſt cælum patria, præfert “
Hoſpitio patriam ſanctus & aſtra ſuo. “

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

FORMA INDEX HOMINIS.

In effigiem togatam Henrici RanZouij.



HINRICVS. RANTZOVIVS VICARI. REGIVS AN. 1585. ÆTA. 60.

Signo merum cognoſcitur, vir moribus.

Si quis RanZouium non vidit, habetque togatam
Ante oculos, pictor quam dedit, effigiem:
Virtutum columen dicet, pietatis aſylon,
Heroum famam, Pieridumque decus.

Pectoris

Pectoris optabit fruſtra ſpectare feneſtram,
Quis, qualisve ſuo totus ab ore patet:
Non opus eſt hederam ſuaui præponere vino.
Naturam virtus ingeniumque docent.

VERI ORATIO SIMPLEX.



In inſignia Ranzouiana.

" Simplex agit modo vetuſtas ſimplici.

" *Omnia virtuti ſunt peruia, pectore candor*
" *Quam regit, & nulla fracta pauore manus.*
" *Quod candore animi, rebus quod fortiter actis*
Ranzouiæ innotuit clara propago domus:
Illius meruit virtus inſignia, vitæ
Quæ cum laude notas integrioris habent.
Candorem niueus, memorabile cornua robur,
Militiæque ruber dat monumenta color.
Vt fuit in prima ſimplex ætate vetuſtas:
Plurima ſic docuit ſimplicitate breui.
" *In verbis renuit phaleras oratio veri.*
" *Simplice res magnas ſimplicitate monet.*

CANDOR ET ROBVR VIRI INDEX.

In eadem inſignia Ranzouiorum.

" Acerba vincit fortis atque candidus.

Candorem mentis, caſſum formidine pectus,
Ranzoâ natis ſigna dediſſe domo;
Candidus, atque ruber clypeo fulgente colores,
Cornuaque in galeæ vertice bina, docent.
" *Candidus oſtendit candorem, cornua robur,*
" *Inconcuſſa ruber pectora Marte color.*
" *Candor vbi mentis ſincerus, dextraque fortis,*
" *Fortunante, vorant ſortis acerba, Deo.*

OPES ECCLESIÆ NVTRICES.

Henrico Ranzouio Regis Daniæ produci Cymbrico.

Pium fouere pauperes, Eccleſiam. „

Jucundi, celebrat Maro quos ænigmate, flores,
Dum prima Regum nomina fronte gerunt.
Qui de Ranzouiis, celebrato ſanguine, lõgum
Deducis veteri nobilitate genus.
Andinos ſuperant flores, Henrice, Roſati,
Quos animo donas liberiore mihi.
Det Deus hoc propria ſicut virtute mereris,
Talibus exundet Ranzouiana domus.
His Chriſti in terris Eccleſia ſancta fouetur
Non modo, magnatum quæ ſibi poſcit opem:
Sed quoque Pierij deſerta frequentia cœtus
Et paupertatis quos graue torquet onus.
Ranzouiana domus felix! Eccleſia, Muſæ, „
Nutricem veram, pauper & omnis habet. „

MORS MEDITANDA.

Henrico Ranzouio V. D. R.

Præſtantior luctus pio, quam gaudia. „

Eſt homini melius morientis adire penates, „
Gaudia quam terris immoderata ſequi. „

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Inde petit tandem pereat quo fine, ſolutus
Qui fatis nullo tempore viuit, homo.
Inde petit cauſas felicia fata precandi,
Securus viuat ne memor orbe necis.
Dum præmiſiſti cognato ſanguine multos,
Henrice, eq; tuis qui ſubiere polos:
Illorum exemplis didiciſti viuere Chriſto,
Et Chriſto ſana relligione mori.
Hoc tua teſtantur de mortis carmina fine,
Quæ digno paßim Lector honore colit.
„ Eſt melior riſu luctus, mens conſcia luctu
„ Erigitur, quærens fracta pauore Deum:

VIRTVTIS FACTA NOBILITANT.

Henrico Ranzouio R. D. V. Segebergæ Præfecto.

„ Virtute nomen comparatur nobili.

„ Nobilitas generis nihil eſt, & inutile nomen,
„ Si vitæ ac morum nobilitate caret.
Holſatiæ columen fulgens, Henrice, vetuſtos
Qui de Ranzouio ſtemmate ducis auos;
Nobilis vt celebri fama dicaris in æuum,
Vt vitæ & morum nobilitate mices.
Hanc non diuitiæ, non dat quæſita voluptas
Quam cupida vulgus ſedulitate petit:

Virtutes

Viriutes verum præclaræ, fortiter acta,
Pierides, pietas, iuſticiæque labor,
Patria, Pyramides, Obeliſci, arceſq;, molæque,
Fontes & varijs quæ monumenta locis.
Quo Natura vocat da magnos impiger auſus.
Nobilitas magnis, famaque rebus adeſt. “

PIETAS PROPAGANDA.

Sophiæ Reginæ Daniæ Sereniſſimæ, &c.

Templum Dei, verbum Dei colens homo. “

Laus matronarum profiteri maxima Chriſtum, “
Sinceram ſtudijs adſeruiſſe fidem. “
Cæſaris Henrici ſoror acris Giſela ſenſus,
Relligio curæ cui veneranda fuit;
Pannonii conſtans ſpreuit connubia Regis,
Eſſet quod Chriſti cognitionis iners.
Sic pia virgo fuit conuerſi occaſio regni,
Diſceret vt vera cum pietate fidem.
Hoc ſtudio poſtquam præſtas Regina fideli
Floreat vt Danis iusque, piumque, fide:
Turturis in morem viuis viduata marito,
Pro regni fundis proſperitate preces.
Eſt hominum ſexus vtriusque, labore fideli “
Propagare pia relligione fidem. “

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

MVNDVS LABYRINTHVS.

Henrico Ranzouio D. R. V.

„ Illuſtrat errorum tenebras vox Dei.

Henrice antiquo de ſanguine Ranzouiorum,
Pectore qui totum fers Helicona tuo.
„ *Cretenſis Labyrinthus, inextricabilis error,*
„ *Per dubium nulli ſtat redeundus iter.*
Ni certum præſtet virgo Minoïa filum,
Ambages vincas quo duce, curris iners.
„ *Eſt Labyrinthus, hic eſt rerum confuſio Mundus,*
„ *In tenebras homines præcipitare ſolet.*
„ *Ducit in anfractus incautos, ducit in antra*
„ *Cæca, queant dubio ne remeare gradu.*
„ *Vox diuina ſinu Chriſto prolata parentis,*
„ *In tenebris certam nos docet ire viam.*

DVX LVCERNA.

In ſymbolum Illuſtriß. Principis ac D. D. Iulii, Ducis Brunſuicenſis & Lunenburgenſis, &c.

Aliis inſeruiens ipſe me conſumo.

„ Lucerna dux, inſeruiens multis perit:

„ *Quid ſibi vult ardens lychnus, qui luce tenebras*
„ *Obſcuris vincit ſplendidiore locis?*

Principis

Principis officium docet, immenſosque labores,
Quos ſubiectorum nomine ferre ſolet.
Conſulat vt populi Princeps, duce numine, rebus,
Quas fortunatas omnibus eſſe cupit:
Defraudat Genium, vitæ nec parcit amicæ,
Deficiens anima donec ab orbe migret.
Deficit vt lampas, cunctis lumenque miniſtrat: “
Dux ita, dum multis ſeruit vbique, cadit. “

CAVTE MILITANDVM.

Chriſtiano IV. Regi Daniæ, &c.

Cadit periculis, amans periculum. “

Imperij flagrans pietatis amore Monarcha, “
Legitime tribuit cui diadema Deus; “
In mediis animum poſitus non frangitur armis, “
Hoſtiles trepido non timet ore globos. “
Æternæ firmus confidens corde ſaluti, “
Nil non angelica ſtrenuus audet ope. “
Cum quidam vellet corpus defendere miles
Cæſaris, opponens Marte furente latus:
Maximus huic Cæſar verbo Æmilianus amico,
Hoc primus duplici nomine dictus, ait:
Non opus eſt nobis caueas, tibi proſpice, vallo
Tutatur cæli nos datus axe chorus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

„ *Non humilis bello ſummos imitare Monarcha,*
„ *Cladis amans extra munia, clade perit.*
Hoc pater exemplo didicit, cum preſſus ab hoſte
Dithmarſo, miram ſenſit onuſtus opem.
Legitime pugnans Princeps, Rex inclyte, bellum
Inter agit medios tutus vbique globos.

DEVS DOMINVS EXERCITVVM.

FRIDERICO *II. Regi Daniæ*, &c.

„ Mortalis in Deum nihil potentia.

„ *Numen in aduerſis confundi rebus amicos*
„ *Non ſinit, addictos, quos habet vſque ſinu.*
Si præſtare ſuas humana potentia vires
Neſcit, & auxilij copia ceſſat, adeſt.
Auſonias inter ſupplex Theodoſius Alpes,
Cum Superos humili mente rogaret opem;
Aſtitit intrepido qui pectore iuſsit, vt hoſtes
Anguſta conſtans aggrederetur humo.
Aggrediens, omnes veniunt in claſsica venti,
Hoſtilesque æther diſsipat igne minas.
Sic, Friderice iubar Danorum, perculit hoſtes
In te quos mouit terra fretumque, Deus.
„ *Militat in ventis, & fortis in igne creator,*
„ *Vt tegat aduerſus vim, furiasque ſuos.*

BELLA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

BELLA INFELICIA.

FRIDERICO II. Regi Daniæ, &c.

Expers timoris noxa confidentia. "

Non euangelij prætextu bella gerenda, "
Fœdera cum reprobo non ineunda grege. "
Iſraël cecidit confidens turpiter arcæ, "
Pugnaret vacuus cum pietate, manu. "
Cum reprobis fœdus qui contraxere, docemur
Indigne ſanctos occubuiſſe Duces.
Militiæ nulli Macabæus in arte ſecundus,
Quot tulit intrepida mente trophæa Deo!
Quamprimum pacta coniunxit lege Quirites,
Offenſo, perijt caſſus honore, Deo.
Vt ſis militia, Rex inuictiſſime, felix,
Auſpice profliges hoſtis vt arma Deo:
Enſe latrocinijs infractus corda reſiſte,
Illatam populis vimque, necemque fuga.
Pro populi, munus Regis, pugnare ſalute, "
Hoſtilem forti vim prohibere manu. "

OPERA PRÆSTANTISSIMA.

Henrico Ranzouio R. D. V.

Pios, ſcholas, nudos iuuare Præſidum. "

Cimbrorum Arctoæ Prorex celeberrime gentis,
Sinceræ ſanus relligionis amor.

Te nutritorem verax Eccleſia poſtquam,
Ut multo florens agmine creſcat, habet:
„ Præſidium poſtquam te turba celebrat egena
„ Te ſchola, te iuuenum cœtus aſylon amat.
„ Officium præſtas quo non eſt gratius vllum,
„ Te Patriæ patrem qui dat in orbe, Deo.
Perge potens Chriſto meritis educere cœtus,
Subſidijs pueros perge fouere tuis.
Non maiora potes cæli dare dona parenti,
Non quod in hac vita gratius eſſe queat.
„ Heroum eſt, iuuenes in cæli patris honorem,
„ Inque Dei cœtus erudijſſe lucrum.

NOBILITAS SVMMA PIETAS.

Henrico Ranzouio R. D. V.

„ Muſæ beant, pium, genusque nobilem.

„ Proſperitas homini terrarum magna per orbem,
„ Eximium celebri nobilitate genus.
„ Proſperitas maior bello & virtutis amore,
„ Pectoris exculti, moribus, arte, ſinus.
„ Maxima proſperitas hominumq; Deumq; ſalutem,
„ Complecti vera mente, animo atque fide.
„ Proſperitas merito te ſpectat Ranzoui in orbe,
Maxima, qui generis gloria ſumma tui.

Non

Non tantum bello, virtute & nobilitate:
Sed Muſa & multum relligione vales.
Edita ſacra probant de ſacris carmina rebus,
Quas Latio reddens carmine Muſa dedit.
O te perpetuo cœlis, terraque beatum!
Te pietas, Muſæ, bella, genusque beant.

SPES VITÆ LVCTVS PHARMACON.

Henrico Ranzouio V. R. D.

Migratio quod eſt amici, mors piis. "

Non hominem prorſus mors, credit vt impius, aufert, "
Parte ſua felix cum meliore viget: "
Quod longinqua ſolo migratio ſuauis amici, "
Hoc hominis vere mors gemebunda pij. "
Aſpectu paruo nos priuat tempore vultus,
Dum peregre, linquens nos, inopinus abit;
Lœticiam reddit vultu præſente reuerſus,
Et vitæ referens, & mala paſſa viæ.
Peccati mortem ſtipendia quiſquis amicus
Ex Domini patitur lege vocatus humo.
Lœticia, ſplendens rediuiuo corpore, ſurget.
Maiori, veniet quando ſuprema dies.
Tunc læti coram cœleſti patre loquemur,
Turbabit nullus gaudia noſtra dolor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

„ *Spes omnem vera lenit pietate laborem,*
„ *Quam facit in cælo vita futura piis.*

DEVS DOMINVS DOMINANTIVM.

Chriſtianô IV. Daniæ Regi potentiſs.

„ Adeſt Deus rerum potens vocantibus.

Dum conceſſa Deo maieſtas regia patre,
Per Proceres manibus, Rex animoſe, tuis.
Te celebrare Deum ſubiecta mente potentem,
A quo deſcendit, Rex, diadema, decet.
„ *Rex Deus eſt Regum, Dominus dominãtium, ab ipſo*
„ *Quidquid in hoc magnum dicitur orbe, Deo.*
„ *Cæli cælorum, cælumque & terra, ſinuque*
„ *Omnia quæ terræ ſunt numerata, Dei.*
„ *Terribilis tonitru, magnus virtute, recuſat*
„ *Munera, reſpectum nullius æquus habet.*
„ *Pupillos, viduas, peregrinos diligit, omni*
„ *Iudicium curat, munificusque fouet.*
„ *Cum veſtimentis, panem, victumq; miniſtrat,*
„ *Hoc nihil vt quidquam deſit in orbe pio.*
„ *Eſt Deus omnipotens, eſt miti corde benignus,*
„ *Nuſquam non humili voce rogatus adeſt.*

MAGNA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

MAGNA CONIVGIS FIDELITAS.

De Eliſabeta Caroli V. ſorore, Daniæ Regina, &c.

Præſtantior fidelis auro femina. "

Eliſabeta ſoror tua, Carole Quinte Monarcha,
Illuſtres inter fama pudica nurus.
Deſereret regno pulſum ne fida maritum,
Quem ſolio mouit Dania iure ſuo:
Quam regno florens cunctis ſecura potiri,
Maluit exilii pars comes eſſe viro.
Non, ait: vt terris videar mendica, relinquam
Depoſiti caſto Regis amore vices.
Hinc omnem mundum pro Regis amica ſalute
Vendidit, vt regno redderet illa ſuo.
Hoc cum fortuna pugnante nequiret, acerba
Exilii patiens pectore damna tulit.
Theſaurus coniux omni precioſior auro, "
Quæ miſeris præſtat rebus amore fidem. "

PRINCEPS PATER.

Chriſtiano IV. Regi Daniæ, &c.

Princeps ſuos ſancte gubernans eſt pater. "

Quod pater eſt proprias qui curat ſedulus ædes, "
Cuncta ſuo recte ſtent vt vbique loco: "

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

„ *Hoc bonus eſt Princeps, qui præſtat amore fidelis,*
„ *Floreat vt rebus ſubdita turba domi.*
„ *Cæcus amore lucri non quærit propria, multas*
Non, fiſcum vt repleat, condit auarus opes.
Se Patriæ cunctis patrem declarat amore,
Iuſticia, meritis, relligione, fide.
Sis pater illuſtris bonus vt, Rex optime, regni,
Dania quod gremio diuite magna fouet:
Cultus iure, pio, & Muſis, virtutibus, orna
Iuſticia, meritis, relligione tuos.
„ *Eſt Rex, eſt Princeps, Patriæ pater optimus, ornans*
„ *Iuſticia, meritis, relligione ſuos.*

OFFICIIS FIDELITAS.

Maſiniſſæ apophthegma.

Chriſtiano IV. Regi Daniæ, Norueg. &c.

„ Regni ſalus, conſtans amicorum fides.

„ *Non ſunt præſidium Regni theſaurus & arma:*
„ *Sed cunctas ſuperans fidus amicus opes.*
Hunc non theſaurus cogit, non arma parabunt,
Officii verùm commoda, recta fides.
Rex, veri dubiis vt ſint in rebus amici,
Qui telis alacres regnaque, teque tegant:
Officio clemens conflare fideque memento.
„ *Non moroſa Charis gignit, alitque Charin.*

SPECV-

SPECVLVM VITÆ HISTORIA.

Chriſtiano IV. Regi Daniæ, &c.

Effingit erudita vitam lectio.

Hæc reſponſa tulit quærens oracula Zeno,
Qua vitam poſsit parte probare ſuam.
Ut vitam maculis traducas purus honeſtam,
Ut morum placeas integritate bonis:
Conſule defunctos, vmbris & concolor eſto,
In tumulis quorum molliter oſſa cubant.
Quid ſunt defuncti? veterum monumenta Sophorum,
Qui fugienda libris, atq; imitanda docent.
Hiſtoriæ poſtquam tradunt hoc, ſemina morum,
Quæ vitæ ſpeculum candidioris habent:
Contigit à Chriſto ſanctum baptiſmate nomen,
Dum tibi, Rex, foueas vt pia regna Dei:
Sedulus hiſtorias multo cognoſce labore,
Exemplis moneant vt facienda bonis.
Offenſam metuens tibi quod non dicit amicus,
Mortuus hoc animo liberiore notat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

ABSOLVTIO MAGNIFACIENDA.

De Chriſtiano III. Rege Daniæ, &c. ad Chriſtianum IV. Regem &c. nepotem.

» Magni pius Princeps facit iuſſus Dei.

Cum Daniæ Rex Chriſtianus tertius,
Flexo genu requireret
Deuotus abſolutionis formulam,
Peccata confitens Deo:
Eccleſiæ miniſter & vocabula
Honoris adderet loquens,
Jnquit: miſer peccator hic, non Daniæ
Remiſsionem Rex peto.
Honoris eſt opus nihil vocabulis:
Me Chriſtianum dicito.
Mortalis inſtar non agis mecum, Dei
Verum miniſter nomine.
Chriſti locum poſtquã tenes, Chriſti loco
Quæcunque dicis audio.
» *Regnum beatum, cuius extat Rex pius!*
» *Pius gubernat omnia.*
» *Non vllius reſpectus eſt apud Deum.*
» *Chriſtum colens placet Deo.*

PIVS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

PIVS HVMILIS.

Chriſtiano IV. Daniæ Regi potentiſſimo, &c.

E corde mens Deum colens humillima. “

Tertius à Chriſto proprium Rex Dania nomen
Cui fuit, eximius relligionis amor:
Humanæ vixit nulla non ſortis in hora,
Mutatur facili quæ ratione, memor.
Ut tumidos humili remoueret pectore faſtus,
Verba ſuis iſthæc æger ab ore dedit:
Dicimur inuicti ſpecioſo nomine Reges,
Qui conceſſa Deo regna tenemus humi:
Quam vere, miſero teſtantur corpore morbi,
Qui nos affigunt quam cito ferre thoro.
Inuictus ſolus Deus eſt: quem triſtis Auernus, “
Peccatum, Mundus, Mors, Satanasque tremunt. “
Ne tituli & Regnum pariant, Rex maxime, faſtum,
Humanæ ſortis pectore viue memor.
Patris ab exemplis, & aui pius aſſere mores,
Mens humilis mores è pietate regit. “

REGNORVM PESTIS.

Chriſtiano IV. Regi Daniæ, &c.

Idola, vis, libido, regna deſtruunt. “

Corde libido furens, Idoli cura, Tyrannis, “
Exitio vertunt optima regna ſuo. “

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Perſica ſæuicies, & inexſaturata libido,
Æmathio finem ſub duce vidit humo.
Quid viſum regno Solomonis pulchrius orbe?
Pro falſa pœnas relligione dedit.
Maxime Rex, ab auo ſanctum baptiſmate nomen
Qui, pius vt facias quod decet omne, tenes:
Commiſsi vt maneat diuturna potentia regni,
Exulet impietas, vis odioſa, Venus.

MAGISTRATVS DEI MINISTER.

Chriſtiano IV. Regi Daniæ, &c.

» Deo Magiſtratus miniſtrans integer.

Inclyte, ſubiectos, Rex, vt cum laude gubernes,
Ante oculos errent hæc tria ſæpe tuos:
Es quod homo, finem quod ſortiturus honoris,
Quodque miniſterio fungeris orbe Dei.
Nil facies, hominem te ſi cognoueris eſſe,
Cuius in extremo pœnituiſſe queat.
Mente coles vera ſummum pietate parentem,
Si regni finem ſciueris eſſe tui:
Hinc ratio fuerit tibi ſi reddenda miniſtro,
Talis eris, qualem tu cupis eſſe Deum.
» *Relligionis amans, Rex, auctor maximus æqui,*
» *Se regnum à miti nouit habere Deo.*

ELOQVEN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

ELOQVENTIA ET FORTITVDINE SALVS:

Henrico Ranzouio V. R. D.

Gens ſalua Suada, ſalua fortitudine. "

Se Cicero tantum, manſit dum vita, probauit,
Seruitium poſſet ne ſua Roma pati.
Cum miſere perijt, ceruixque, manusque reciſæ,
Ne facerent partes lingua manusque ſuas;
Seruitium paſſa eſt, ſæuis oppreſſa Tyrannis:
Lingua ærumnoſæ defuit, atque manus.
Ranzouios inter fulgens Henrice potentes
Gloria, quæ nullos interitura dies:
Dum dextra fortis, lingua facundus haběre,
Dum Cimbris curæ lingua manusque tuis:
Ut dextra fortis, lingua Cimbrisque diſertus
In longos maneas opto precorque dies.
Cum deſunt, ſæuo tum patria præda fit hoſti, "
Facundi & fortes ore manuque viri. "

PALLAS MVSARVM SOCIA.

Henrico Ranzouio D. R. V.

Muſas Duces clari fouent bello bonas. "

Ranzouius gladio quamuis munitus & armis,
Quando opus, in duri prœlia Martis eat:
Non tamen Aonias idcirco mente ſorores,
Negligit, at comites, deliciasque fouet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Leniat vt multo ſibi talia nata labore,
Increpitans neruos temperat arte lyram:
Iulius hiſtorias ſic Cæſar ſcripſit, & aſtris
In caſtris operam Carolus vſque dedit.
„ *Armorum ſtrepitus inter cædisque timores,*
„ *A Muſis Pallas non aliena bonis.*

MVSÆ PERENNANT.

Strenuo & Nobiliſs. viro D. Nicolao Kaas,
Cancellario Daniæ, &c.

„ Patronus eruditionis inclytus.

Magne Kaas, Regis Danorum nobilis Atlas,
In quo regnorum grande recumbit onus.
Dum propria clarus virtute celebris & arte,
Nouiſti quid ſit doctus & arte rudis:
Doctorum iuſto famam defendis honore,
Eque ſuo Muſas non ſinis eſſe loco.
Doctorum famam porro defende diſertus,
Et doctus, Muſis dignus vt adſit honos,
Perpetuam referes manſuro nomine famam.
„ *E Muſis famæ non moriturus honor.*

PROFVSIO CAVENDA.

Chriſtiano IV. Regi Daniæ, &c. de Nicolao Comite
Holſato, & Haraldo choraule Danico.

Fruga-

Frugalitas profuſione dignior. “

Mens virtutis amans ſua non profundit inanis: “
Perſonas, cauſam, remque locumque videt. “
Haraldus celebris Danorum ſcurra venuſtus,
Argento ac auro, veſte, potensque iocis:
Holſatiæ Comitis cum perueniſſet in aulam,
Pro cantu ſperans præmia, proque iocis.
Exiguum numerat, ne diffametur auarus,
Quidam à conſilijs addere plura iubet:
Huic Comes: hinc abeat ſcurræ non plura miniſtro,
Me qui veſtitu ſplendidiore prior.
Nota bonis virtus mea: diffamatio Plani, “
Nec fraudi, nec laus vtilis eſſe poteſt. “
Cimbrorum numen, Rex o ſanctiſsime, gentis,
Præſidio cuius regna beata manent.
Præmia virtuti rebus debentur honeſtis. “
Futilitas omni turpis honore caret. “

LIBERALES PRÆDICANDI.

Henrico Ranzouio R. D. V.

Prodeſſe multis dignius, quam pauculis. “

Regum ſanguine natus ex Hetruſco,
Mæcenas celebratur a Poëtis
Non multis, tragico Poeta verſu,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Complexus placida Chari Poëtas;
Æuo quod coluit ſuo Poëtas,
Auxit muneribus ſuis Poëtas.
Ducis ſanguine natus ex Viperti
Henricus celebratur à Poëtis
Multis Ranzouius, bonus Poëta;
Complectens placida Chari Poëtas,
Noſtro tempore quod colit Poetas,
Auget muneribus ſuis Poetas.
Mæcenas velut omnis eſt ab illo,
Quiſquis proſequitur fauore doctos:
Sic nunc Ranzouius feratur omnis,
Quiſquis proſequitur fauore doctos.
Tanto iuſtius, hic quod infrequentes
Doctos muneribus ſuis benignus:
Quanto iniuſtius eſt, quod ille in vnum
Tantum vel fuit alterum benignus.
„ *Maior gloria liberalitem*
„ *Multis, quam ſtudium probare paucis.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]

200 335
titelbl. ~~200~~
foto 158790

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 273 [35,-170 4°]